

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quòd tribus decenniis tres filios regio nomine cum decorauerat
dedicationem [...] .i. sacrae Martyrum aedis Hierosolymis celebrauit. Cap.
XL.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

EVSEBII DE VITA

pergemos ad illud tempus , quod ipsius vitæ extremum fuit .

*Quod tribus decenniis tres filios regio nomine cum deco-
rauerat dedicationem Μαρτυρίου .i. sacrae
Martyrum ædis Hierosolymis cele-
brauit. C A P. X L.*

Igitur cum triginta ipse annos in imperio compleuerat filii eius numero tres , cæsares diuersis creabantur temporibus. Primus qui patris erat cognominis decimo paterni imperij anno honorem hunc adeptus est. Secundus cui nomine appellatus Constantius , vicesimo ferè imperij paterni anno , quando publicus solemnisq; omnium hominum conuentus agebatur , renunciatus est . Tertius Con stans fuit : qui ipso nomine & appellatione præsens constansque tempus perspicuè præ se ferens : tricesimo paterni regni anno ad honorem euectus est . Ita cum triplicem assimilatione ad trinitatem liberorum fœtum Deo gratum acceptumq; procreasset : eundemq; decimo quoquis anno regia dignitate decorasset : extremum tricesimum annum accommodatisimum tempus sibi oblatū esse putauit : in quo omnium regum regi grates persolueret : quo tempore etiam optimum existimauit Martyrum domum incredibili & optimo studio ab se Hierosolymis cōadificatam consecrare .

*Quod interea synodus Tyri haberi constituit ob
controversias quasdam in Aegypto
natas. C A P. X L I.*

SED virtutis hostis inuidia etiam hac in re quasi tenebricosam nebulam clarissimis solis luminibus offundens : per controversias quasdam turbatis denuo Aegyptiis ecclesiis , institutæ huius celebritatis splendorem obscurare conata est . Sed imperator omni cogitatione & cura in Deum defixa : collegit ex omni Aegypto , Africa , Asia , Europa , frequentem Episcoporum cœtum : eumq; tāquam Dei exercitum armis conteūtum obiecit huic inuido dia bolo : mandauitq; , primum vt quām celeriter renouatæ contentionis finem facerent ; deinde vt Martyrum domum , de qua dixi , consecrarent : Obiterque vt in Phæniciae Metro poli